



ΔΙΑΣΚΕΨΙΣ

politica

De

GRADIBUS
CONSANGVI-
NITATIS

eorumq; Computatione:

Quam

PRÆSIDENTE

Viro Clarissimo atq; Excellentissimo

Dn. JOHANNE AVENARIO,

Juris Utriusq; Licentiato & Oratoriæ

Profess. Publico

In Celeberrima Accademia Wittebergensi

Publica censura & ventilationi expo-

ponit

M. EUSEBIUS BOHEMUS JUNIOR

Cycneus, Serenissimi Electoris Saxon:

Alumnus

In Auditorio majori die 24. Mensis Decembr. horis matutinis

WITTEBERGÆ,

Excudebat, Augustus Boreck, Anno 1624.





*Amplissimis, Clarissimis, Excellentissimis,
Consultissimis, eruditione multarumq; rerum usu
& experientia eminentissimis.*

VIRIS:

Dn. DAVIDI PITZSCHIO J. U. D. & Ino-
clytæ Reipublicæ Patriæ Consuli ac Syn-
dico dignissimo

Dn. DAVIDI BÖCKIO J. U. D.

Dn. NICOLAO GÖTZIO J. U. D.

Dn. M. JOHANNI GEBHARDO

Dn. FRIDERICO KÖLERO Senatoris
primario,

Juris utriusq; cultoribus, defensoribus, & respectivè pra-
cticis ibidem cum sapientissimis tum inte-
gerrimis



*Mecœnatibus & Fautoribus suis
magnis, summo semper honore & obser-
vantia suspiciendis.*

Hanc primam de gradibus *Ἀποκεψιν* In debi-
tæ observantiæ *σύμβολον*, & studiorum suorum mo-
numentum Srenæ loco offeri &
consecrat

Autor & Respondens

M. EUSEBIUS BOHEMUS JUN. CICNEUS.
S.S. Theol. Stud. & Alum. Electoralis.



ΔΙΑΣΚΕΥΙΣ

POLITICA

De

GRADIBUS CONSAN-

GVINITATIS

eorumq; computatione.

PRAELOQVIUM.

Merito admiramur summam Dei nostri sapientiam, quae ^{Harmonia rerum.} ex dulcissima omnium rerum creatarum harmonia & conveni-
 nentia conspicitur. Si enim respicias ea quae sunt supra, & in-
 fra nos, perpetuam illarum inter se deprehendes convenien-
 tiam. Omnia enim à Deo, qui ordinis autor est, ita ordine sunt disposti-
 ta, ut neutrum in suo genere alteri verè & ratione essentiae suae contra-
 rietur. Ubi autem in quibusdam quaedam disconvenientia & ἀναρμονία
 reperitur, eam vel saltem apparentem, vel accidentariam esse statuam⁹.
 Omnia enim valdè bona à Deo sunt creata; quae bonitas, summam har-
 moniam & ordinem importat, omnemq; ἀρμονίαν & ἀναρμονίαν repu-
 diat. Ut autem qualibet creatura propter homines à Deo omnium re-
 rum opifice est constituta ratione κτισθεὺς καὶ ζῆσθεὺς, sic etiam procul
 dubio ratione ἀδωδέσθεὺς ipsi est proposita, ut inter alias commonefac-
 tiones, etiam beatam inter se ab ea discant alere concordiam, quae e-
 tiam ipsi statim à Adamo in prima creatione implantata est. Cum autem
 ea postmodum per lapsum valdè est debilitata & corrupta, quotidiana
 reiteratione, quae per istas commonefactiones fieri inter alia potest, opus
 habet, ut in actionibus & legibus publicis beata possit readificari & resti-
 tuti concordia. Quod institutum non tantum à Patriarchis veriq; Dei
 cultoribus olim fuit observatum, verum etiam ab ipsis Εἰθνεῖν, qui di-



vino, generali quidem, adjuti auxilio, optimarum legum & disciplinarum inventores & cultores extitero; quibus omnibus & nos, rejectis & relictis iis, quae voluntati Dei repugnant & ethnicissimum sapiunt, utimur. Admirandum autem est, eos ad id genus sapientiae pervenisse, ut in legibus constituendis, & disciplinis liberalibus excolendis, bonam inter se observaverint harmoniam & convenientiam, eaque omnia ita temporaverint, ut alterum alteri administras offerret manus. Quemadmodum hoc in scientiis & disciplinis ab ipsis conscriptis videre licet, ubi id quod in una obscurum, per alterius demonstrationes declaratur &c.

Utrum questio
adjumento vari-
arum disciplinarum
debeat declarari?

Hos ergo merito insequimur, ipsorum scripta ad Verbum Dei & rectam rationem ponderata retinemus, & ad enucleandam questionem, quandam parimodo plures disciplinas conjungimus, ut tandem ad veram genuinamque deveniamus illius cognitionem. Non ergo incongruum, ineptum & inconveniens erit, ubi in hac satis ardua & ponderosa materia Politica, in presenti discursu enucleanda & dijudicanda, ad repurgationem Sacrae scripturae auctoritatem, & ad pleniorum informationem & confirmationem, Jurisconsultorum optimorum quorundam dicta & judicia simul adhibebuntur. Optime enim, ubi in suis cancellis & officio ancillari manent, cum divinis literis, & inter se conspirant; quemadmodum hoc etiam ex presenti negotio manifestum erit. Ne autem videar falcem mittere in alienam messem, statim in frontispicio decidendum est, ad quam disciplinam hoc negotium pertineat, cui postea reliqua quae ad id spectare videbuntur, ordine annectentur.

Dispositio.

SECTIO PRIMA De praecognitis generalibus.

Membrum I.

Utrum tractatio de Consanguinitate & Affinitate, eorumque computatione, sit considerationis Politica?

Materia haec
est mixta.

Ad hanc questionem distincte respondetur. Vel enim consideratur totaliter & indiscriminatim haec tractatio, & hac ratione non videtur posse spectare solum ad unquam aliquam disciplinam, cum



cum habeat rationem quaestionis mixtae, cujus dijudicatio & decisio sufficiens ex una aliqua desumi non potest. *Continet enim res conscientiae & res civiles.* Vel consideratur *partialiter & discriminatim* tunc dicendum, quod ea quae conscientiam simpliciter respiciunt, iudicio Ecclesiae sint commissa, reliqua de legibus civilibus de ea re constitutis, sine respectu ad res conscientiae ponderata, ad Politicum pertinere Magistratum certum est. Ratio videtur esse haec, quod non *Episcopi*, sed *Theodosius Imperator* leges easdem constituerit, quae Legibus divinis de prohibitionibus & concessionibus successu temporis fuerint additae. Id quod *B. Chemnitius in Exam. Concil. Trident. part. 2. p. 438, ex Augustino de Civ. Dei. l. 15. c. 16. & Ambrosio Ep. 66. probat.* Leges a. ferre de negotiis civilibus pertinet ad officium Magistratus Politici. Ergo etiam eas explicare & juxta eas iudicare ipsi conveniet. Ita de singulis separatim, nullo ad alterum habito respectu, esset respondendum.

Verum taliter quaestio haec non videtur ad amissim esse discussa. Constat enim ubiq; locorum in scriptis Theologorum Jurisconsultorum & Politicorum de utroq; fusio agi: quaeritur ergo, ad quos primario spectet haec tractatio? Hoc consideratio finis uniuscujusq; ultimus facile determinabit. *Theologus* enim respicit simpliciter *conjugium*, quod est ordinatio Divina, a Deo respectu personarum contrahentium certis quibusdam limitibus *Levit. 18.* circumscripta, quos sine insigni conscientiae scrupulo, laesa honestate & reverentia sanguinis, quis transilire nequit; hoc ut eo facilius explicet, adhibet in auxilium etiam rationis humanae conclusiones, cum videt iis ipsis faciliori negotio posse hominibus persuaderi, ut proposito assentiantur. Ergo tantum tractat doctrinam istam non quasi simpliciter pertineat ad esse, sed ad bene esse. *Jurisconsulti* finis est, ut habeat quasi quoddam praeparatorium, ad faciliorem cognitionem doctrinae de *successionibus ab intestato de hereditatibus erciscundis, de iudicio probato, quousq; sine conjectura falsitatis, Judici de cognato actore vel reo sententiam ferre concedatur &c. de quibus videatur Hottom: ut nempe ex doctrina de gradibus, tanquam ex regula quadam aliunde mutuata, & in suum usum conversa, facilius cognoscat, qui quava. alteri in hereditario jure succedat; qui quave sit proximior. Vnde Canon: *Proximior in gradu, potior est jure.* *Politicus* autem hunc finem circa hanc doctrinam sibi habet.*

Sectio I.

2.
Quomodo ad
diversas discipli-
nas perti-
neat?

Quomodo ad
Politicam?

3.
Ad quos pri-
mario spectet
haec materia?

4.
Quomodo agat
de ea Theologus?

5.
Quomodo
Icti?

6.
Quomodo Pol-
iticus de ea
agat?

Sectio I.

propositum, ut prohibitiones divinæ majori cura & augustiori respectu custodiantur. Deinde ut monstret, quomodo in linea recta & obliqua reverentia erga superiores consanguineos, vel honestas superiorum erga inferiores sit observanda; quomodo etiam societas humana non solum per eam ipsam conservari, sed latissimè propagari & disseminari possit; quod posterius dilatatione affinitatis consequi putat. Mutuatur autem inter alia etiam quædam à Theologo fundamenta, ut non tantum monstret principiorum suorum cum voluntate Dei convenientiam, sed ut ea ipsa dilucidius explaret & firmiora reddat.

Politicus mutuatur quædam à Theol.

7.

Ex his facilè patet supra dictos omnes circa hanc materiam mixtam versari, sed modo ac sine diverso. Primariò autem hoc negotium Politicam respicere certum est; siquidem tota ejus natura consistit in societate humana naturali dirigenda, conservanda, & latius disseminanda, quam ipsa in objecto suo vero includit.

Materia hæc pertinet ad Politicam,

8.

Objectum Politica duplex

9.

Est autem objectum verum Politicæ societas humana; quæ duplex; *Naturalis & Civilis*. *Naturalis* dividitur in *γαμνικὴν*; *πατριτικὴν* & *δεσποτικὴν*. *Civilis* autem includit *Collegia*; *Academias*; *Civitates* &c. Dico autem primariò, cum sit materia mixta, & quædam, ut superius probatum, ex legibus divinis pendentia, Theologicè dijudicanda comprehendat. Necessè est ergo, ut Politicus Judex non minus ex verbo Dei quàm rebus Civilibus sit benè informatus, vel inter suos commissarios & deputatos etiam interdum referat & consulat eruditorum Doctorum Theologorum iudicia & scripta. Errat ergo *Papa*, cuius patrocinium *Bellarminus Tom. 3. Contro: de Matrimonio* & alii, suscipit, qui totum hoc negotium sibi suisq; Ecclesiasticis solis adscribit, illudq; se jure facere quibusdam argumentis probare conatur, in quibus tamen merum petit principium. Hunc vel hoc solum confundit & convincit, quod Verbi Ministrorum, non sit litigiosum aliquod forum habere, & processum aliquem coactivum extra Dei verbum instituire, & tale judiciù instituire, ubi causæ istæ ex parte civiles vel potius politicæ clamose & rigoresè, ut ferè sit, disceptentur, quam tamen insaniam neq; verbis possint nec pœna corporali debeant

Quibus Politicus in hac materia judicanda debeat esse instructus.

10.

Error Papa.

11.

12.

coercere.

Mem-

Membrum I I.

Sectio I.

De iis quæ ad meliorem consanguinitatis perceptionem necessario requiruntur:

Duo præcipue sunt, quæ nos in alicujus rei cognitionem deducere possunt, nempe ὀνομασλογία, & πραγματολογία. Scaliger. Ex. r. n. 1. quare non immerito etiam hæc in præsentii themate tractanda permittuntur. Consideranda proinde est initio consanguinitatis ex probatis autoribus Juridicis & Politicis enodatio.

Consanguinitas componitur ex Con & Sanguine, & dicitur quasi sanguinis unitas. D. Matthias in system: Polit. l. 1. p. 51. Con enim plerumq; unionem vel copulationem significat. Ratio hujus compositionis est, quod consanguinei ab una stirpe nascuntur, & ex uno tanq; sanguinis fonte ceu rivuli quidam promanant, atq; ita omnes quasi eundem sanguinem participant, & ut principiata ab uno principio proveniunt; vel quod eodem sanguine inter se quasi sunt connexi. Ex quo confectarium est, quod in suo ambitu generali, non modò fratres & sorores, sed & reliquos agnatos & cognatos laterales contineat; attestante Schurerio de Cogna: loc: 3. p. 454. & Arithmetico in periculis secundis disp. 1. p. 6. Id quod contra quorundam opinionem singularem observandum.

Hæc vox consanguinitatis duas primarias habet significationes. Una est generalis, quando pro tota in universum cognatione sanguinis usurpatur, & cognatos cū agnatis continet; in hac significatione plerumq; apud Canonicos usurpatur. Propterea & hinc propter istam suam generalitatem præ reliquis aliis vocibus in toto tractatu haud incongruè observatur, & tituli loco ponitur. Alii malunt vocem cognationis illi esse præferendam, propterea quod sit antiquus & germanus titulus, quodq; eo nomine usi fuerint prudentes; uti ex l. 19. de gradib. probat Hottom. tract. de grad. lib. 1. p. 67. b. Sed cum sint synonyma, & multi etiam ex hodiernis consanguinitatis nomen illi prætulerint, ex quibus est Zehnerus in libel. de grad: Haffenrefferus in locis, Chemnitius & alii, nulli litem movebimus; & cum videatur aliquantò propius accedere ad rem ipsam, & facilius discrepantiam ab affinitate indicare, merito eam impræsentiarum

1.
2.
Vox Consanguinitatis, unde?
Ratio compositionis.

3.
4.
Consanguinitas quid notet?
Cur hæc vox alii sit præferenda?

5.
Cur consanguinitatis vox retinenda

reti-



Sectio I. retinemus. Accedit & hoc, quod in jure Canonico tum Cognatio tum agnatio simpliciter dicantur consanguinitas. *Altera significatio est specialis, quæ observatur in jure Civili, & notat vel fratres* αὐτῶν δὲ ἀδελφῶν volle Brüder; vel πατρὸς ἀδελφῶν halbe Brüder von Vater Schurer: *de grad. Cogn. p. 457.* Ex hoc colligitur ratio, cur apud Jureconsultos titulus cognationis magis sit in usu quàm consanguinitatis; quia nempe significatio modò dicta, in qua usurpatur à J.Ctlis, esset nimis angusta, & non omnibus subjectis speciebus competere. Hic notandus meritò venit canon utilissimus, quem Schurerius dicto loco recenset his verbis *Quando in quodam statuto sit mentio consanguinei, tunc, juxta communem usum loquentium, intelligendus est consanguineus in significatione Juris Canonici; quæ superius enodata, pro eo sc. qui quocunq; modo nobis est conjunctus. Nisi urgens aliqua necessitas ex antecedentibus & sequentibus conspicua aliud doceat.*

6. *Cur apud J.Ctlis cognationis vox sit usitata?*
7. *Canon.*
8. *Synonyma.*
9. *Cognatio.*
10. *Unde dicta.*

Notanda sunt porro necessariò quædam hujus vocis synonyma, quæ sapientissimè ab autoribus sine discrimine in hoc negotio adhibentur, ne forsan quis nescius hujus usus in media lectione cogatur subsistere, & quasi in meandris & labyrinthis quibusdam oberrans, certum, ad quem contendit, scopum invenire non possit. Harum permulta recenset Schurerius *de grad. p. 44. Cor. 3.* quæ breviter hic attigisse, sufficiat. Inter alia vox *Cognationis* cum primis apud J.Ctlis est usitatissima, quare in illa cognoscenda requiritur descriptio. *Cognationis* vox à Græco συγγενής dicta ductaq; putatur. Eos enim quos Latini *Cognatos* hos Græci συγγενής appellant *Hotcom: de Verb. Juris.* Dicuntur autem *Cognati* quasi ex uno nati, juxta Ulpianum; vel quod quasi commune nascendi habeant initium, juxta Labeonem in L. 1. §. 1. unde cognati. Complectitur in sua significatione generaliter & agnatos, & cognatos. In generalissima significatione rerum inter se similitudinem significat; vel cognationem quandam inter homines à natura constitutam. Schurer. p. 451. *de grad.*

10. *Quid includat in genere?*
11. *Quid notet in specie?*
12. *Quid proprie Conjunctio Canon.*

In specie cognati sunt qui ex uno stipite communi descendunt, & propriè qui sibi invicem viventes agnoscuntur. *Wesenberg. in Paratit. D. Unde cognati 2.* Dicitur *Consanguinitas* conjunctio. *Instit. de legit. agnat. tut.* & refertur ad utrumq; sexum. Unde Canon. *Parentes liberiq; perpetuo vinculo conjuncti dicuntur in infinitum.* l. 4. D.



l. 4. *D. de in jus vocando.* III. *Familia.* IV. *Genus;* notans ex eadem domo & gente natos, unde Gens interdum sumitur pro agnatione & cognatione. V. *Proximitas.* Unde Loricottus ait, quod consanguinitas sive conjunctio dicatur tota ipsa proximitas. Proximus enim est non solum is qui ante aliquem est, sed etiam is ante quem nemo est, quamvis ipse solus sit. Unde Canon Jctorum; Proximior in gradu admittitur in succedendo. VI. *Propinquitas* VII. *Gentilitas.* Cicero in Topi: ait, Gentiles proprie sunt ii qui sunt inter se eodem nomine. VIII. *Jus Sanguinis.* IX. *Sanguinis connexio vel conjunctio.* X. *Necessitudo.* XI. *Posteritas,* quæ vox ad liberos potissimum refertur. XII. *Progenies.* XIII. *συγγενεια.* XIV. *Sip/* vel *Sipschafft,* XV. *Magischafft.* *Sachsen Splegel* lib. 1. art. 3. XVI. *Blutfreundschaft.* XVII. *Berwandniß.* Videatur Schurerius de grad. cognationis. Definitur *Consanguinitas* ab autoribus variis modis, de quibus videatur Schurerius. Sufficiant nobis duæ hæc definitiones, quarum una Hottomanni in Lexico posita, altera Bonaventuræ à Chemnitio citata. Celebris ille Gallorum Jctus Hottomannus Cognationem vel consanguinitatem ita definit: *Cognatio est necessitudo hominum, quos ab eodem stipite communi descendentes sanguis conjunxit, natura vel legis fictione.* Eodem ferè modo definit in Comm. Verborum Juris. Bonaventura ita describit. *Consanguinitas est vinculum personarum ab eodem stipite descendencium carnali propagatione contractum.* Eodem modo definit eam Stephanus de Costa.

Ex priori definitione colligitur, Cognationis esse species duas, Naturalem & Civilem. *Naturalis* est, quam sola novit natura, neque etiam à legibus dependet, sed per se & sine civili cognatione intelligitur. Ab Hottomanno in Comm. Verb. Juris ita describitur; quod sit Communio sanguinis, quam habeant ii inter se, qui ex eodem progenitore orti, quasi rivuli ex eodem fonte deducti dimanarint. *Civilis* est, quam novit Lex, de eaq; fert judicium. Hæc à Jctis constituitur duplex: *Civilis* & *naturalis* simul, quæ definiente Vulten in Inst. de nuptiis, est Cognatio sanguinis legitimis conciliata nuptiis, quæ vel *cognatio specialis*, h. e. quæ respicit foeminas, vel agnatio, quæ masculina. *Civilis tantum* est juxta Hottom. Communio Juris non sanguinis, quæ per adoptionem contrahitur. Versatur circa adoptantem & adoptatum, deinde circa adoptatum & adoptantis agnatos.

Sectio I.

- 12.
- 3. *Familia.*
- 4. *Genus.*
- 5. *Proximitas.*
- Alia Synonyma.*
- 13.

14.
Quid sit Consanguinitas?

Cognationis sunt duæ species.

Quid sit cognatio naturalis?

Civiles quid?

Civilis est duplex.

1. *Civiles & naturales simul.*

2. *Civilis tantum.*

B

Alias



Sectio I.

15.
*Alia diviso
Cognitionis
Spiritalis
quid?*

Alias dividitur in spiritalis, legalis, & carnalis. Spirituales Pontificii definiunt per affinitatem quendam inter eum, qui administrat & qui accipit baptismum, vel confirmationem, & inter eum, qui testis est alterius istorum sacramentorum, & inter singulorum cognatos proximos, ortam ex eo, quod ille ex hoc accipit esse spirituale, sive gratia; ideoque debet ei peculiarem reverentiam sicut parentibus a quibus accipit esse naturae per carnalem generationem. *caus. 30. q. 1.* Ex cognitione Spirituali novem proveniunt propinquitates, quae ita recensentur in *Sachsenspiegel* l. 1. art. 3;

16.

Gevatterschaft ist eine geistliche Freundschaft / die entsethet zwischen den Getaufften / vnd den der ihn in der Tauffe helt / vnd des Getaufften Eltern / vnd zwischen den Getaufften vnd des Tauffers Weib vnd Mann / die in der Tauffzeit ehlich seyn / auch zwischen den Getaufften / vnd des Tauffers Kindern die darnach geboren werden / diese können noch mögen (si diis placet) mit einander keine Ehe besitzen / etc, *Quid veri sublit alio loco dicitur. fufius.* Legalis idem est quod Civilis tantum : estque duplex. *Temporalis* inter Me & Eam, quae mihi per adoptionem soror esse coepit. *Perpetua* quae est inter Adoptantem & Adoptatum ; Inter Adoptantem uxoremque ; Adoptati & inter Adoptatum uxoremque ; Adoptantis. De *Carnali* loquitur Definitio Bonaventurae superius data ; deq, hac ipsa principaliter tota haec tractatio instituitur.

17.

*Legalis quid?
Hac est duplex.
Carnalis
quid?*

Hae, ut superius dictum, versatur circa *Agnatos & Cognatos*. *Agnatio est origo Paterna* : vel est Consanguinitas orta ex linea masculina. Saxones vocant *Schwertmagenschafft*. Germ. *Better schaffet* hinc *Agnati*, qui dicuntur quasi a Patre cognati, & sunt qui per virilis sexus personas cognitione juncti sunt. l. 7. D. de legit. tur. & S. i. Inst. de leg. adgn. tut. Vel sunt consanguinei qui a parente communi nati sunt. Sax: *Schwertmagen* / die eines Schilds vnd Helms seyn. *Sachsenspiegel lib. 1. art. 23*, Germ. *Bettern*.

19.

*Consanguinitas circa
quid versatur?
Agnatio
quid?*

Obiter. Appellatio vocis *Schwertmagen* videtur suam accepisse originem a gladiis, von *Schwerttern* / & armis, quorum usus viri masculino vel virili regulariter competit. Nam ut ait *Homerus* *Iliad. l. v. 492.* *πολεμῶ δ' ἀνδρεσι μελήσει.* Vnde *Gräbündiger* *Schwertmagen* dicitur *agnatus proximus*. *Hic pertinet Canon* *Istorū, Qui nascuntur, Patri non Matris familiam sequuntur.*

20. *Agnati
qui?*

21.

*Schwertmagen unde
Canon.*

Agna

Agnati enim utuntur nomine familiae vel gentis, iisdemq; insigni- Sectio II.
bus gentilitiis. Dignitas siquidem, honor & familia à superioribus
plerumq; agnatis accedit.

Cognatio in specie est origo materna; vel est consanguinitas or- 22.
ta ex linea foeminina: Saxon. Spielmagenschafft: Germ. Schwäger- Cognitio in
schafft. Vnde Cognati, qui dicuntur quasi unâ vel ex uno sexu femi- specie quid?
nino nati: Vel, ut ait Hottomannus de verb. Juris, per foeminas con- 23.
juncti. Saxo. Spillmagen oder Spillen: quæ vox forsan desumpta à Cognati
Saxonico Spille (Germani Spindel Lat. fusus) ratio denomina- qui?
tionis est, quia manus sexus foeminini ad tractandum fusum est ac- 24.
commodata. Id quod forsan indigitatum Prov. 31. v. 20. ubi dicitur Spillmagen
Manus (foemina) admovit suas ad verticulum, & manus ejus tractant unde?
fusum. Videatur quoq; Homerus Iliad. ̄. v. 490. Germani dicunt
Dhmen. Vnde colligitur quod origo cognationis ex foeminis solis
proveniat: ut sunt $\mu\alpha\tau\rho\acute{\alpha}\delta\epsilon\lambda\Phi\omicron\iota$: unde Canon; Natus sequitur
Matrem quod statum.

Hic non incommode quaeritur; An Spurii propriè habeant a- 25.
gnatos & cognatos. Responso facilis est, quando perpenditur ipsum An Spurii
nomen Spurii, ejusq; origo. Spurii dicuntur à Græco verbo $\sigma\upsilon\rho\rho\acute{\alpha}\delta\omega$ habeant pro-
(Hottom. in lib. 1. Instit: de nuptiis) quod significat sparsim, à $\sigma\upsilon\rho\rho\acute{\alpha}$ priè agnates
quod interdum sumitur pro prole seu foetu de cujus Patre vel familia & cognates?
sparsim quaeritur: vel quasi S. P. sine Patre (manifesto vel licito) filii. Spurius unde?
De hoc Plurarchus in Problematibus: ex quibus hæc notabis. Spuri-
us apud Romanos primum est nomen, veluti Sextus, Caius &c. pri-
ma autem nomina illi non intrgrè scribebant; sed vel una litera T.
Titium; vel duabus Cn. Cneiam: vel tribus Sex. Sextum, & Ser. Ser- 26.
viam. Similiter S. P. scribebatur: Eos vero qui sine Patre erant, qui 27.
 $\alpha\pi\acute{\alpha}\tau\omicron\rho\epsilon\varsigma$ Græcè dicuntur S. & P. notabant, quasi Sine Patre. Hinc error
ut, ut Spurii sine Patre dicerentur. Quia ergo jus agnationis à Pa-
tre provenit & Spurii legitimo vel manifesto Patre carent, mater au-
tem imper certa est, sequitur quod (principaliter de Jure Civili;
quia de Jure Canonico filii ex illicito concubitu nati quoq; recipi
videntur) Spurii propriè non habeant agnatos, sed tantum co-
gnatos, quod jus à Matre ipsis accedit.

Ex his, probe cogitis, facile colligitur discrepantia inter A-
gnatos & Cognatos. Different 1. ratione originis. Agnati à sexu vi-
rili: Cognati à foeminino oriuntur. II. Ut Genus & Species. Nam o-
mnis agnatus est etiam cognatus, sed non contrà. Ut $\mu\alpha\tau\rho\acute{\alpha}\delta\epsilon\lambda\Phi\omicron\iota$ est

Sectio I. est meus agnatus & cognatus, sed *μητρὰ δὲ λ* est mens tantum cognatus, non verò agnatus, III. *Agnatus à Patre, Cognatus à Matre* dicitur. IV. In *Saxonia* hodie etiamnum hoc modo distinguuntur in successione & hæreditatibus. Nam, uti habetur lib. 1. *Sandrecht* art. 19. 22. 27. ad agnatos pertinent res expeditorum, das *Heergerwed* / ad cognatos utensilia, die *Gerade*. V. *Agnatio tollitur per capitis diminutionem*, (quando persona civitate mutatur, & ex alia familia in aliam adoptatur) *Cognatio verò non item*. Qui desiderat plura consulat *Schurerium de grad. Cogn. p. 458. & seq. & alios*.

29
Divisio Agnatorum & Cognatorum.
Divisio Consanguinitatis.

Ex his constituitur *Arbor consanguinitatis*. Namq; tam Agnati quam cognati, alii sunt *ascendentes*, alii *descendentes*, alii *collaterales* &c. Sicut aliàs *Consanguinitas* dividitur in tres ordines 1. in *Parentes*, 2. *Liberos*, & 3. *Propinquos à latere*. Isti sunt qui nos genuerunt: Illi qui à nobis geniti sunt: Hi qui neq; nos genuerunt, neq; à nobis geniti sunt, sed eandem stirpem & radicem communem, à qua reliqui omnes descenderunt, habent.

SECTIO SECUNDA

De præcognitis specialioribus.

Membrum I.

De Arbore consanguinitatis, & partibus ex quibus constituitur.

1.
Arboris denominatio.

Arboris denominatio ex ipsius consanguinitatis natura, si in genere & superficialiter eam consideres, est desumpta: uti monet *Hortensis* alicubi. Sicut enim arbor frugifera constat ex *trunco*, ex o tanq; fundamento enascuntur *rami*, ex *ramis* postea *flores*; ita etiam in consanguinitate principio requiritur *truncus*, qui continet lineam rectam ascendentem & descendentem, postea *linea laterales* ab utraq; parte sunt instar ramorum, ex *trunco* prominentium, *flores* sunt puncta illa sive collulæ gradus determinantes. Sicut autem *rami* & *flores* omnes à *trunco* dependent, ita quoq; *Ascenden-*

tes,

tes, Descendentes, & Collaterales à trunco vel communi parente dependent, & ab eo tota numerandi ratio desumitur. Ex hac denominatione quidam Veterum scriptorum desumere ansam, ut partes consanguinitatis & affinitatis in formam Arboris retulerint. constantem ramis, foliis, trunco & orbibus sanequam multis; quæ omnia rem per se satis obscuram reddidere obscuriorem; quod recentiores cum animadverterent, ex consilio Hortomanni lib. 1. de grad. Cogn. illa planè rejecerunt, & seriem atq; nomina consanguineorum additis numeris graduum ordinè delinearunt, sicuti hoc passim videre licet apud Theologos, & Cæsar, Politicosq; recentiores. Neq; ista figura rei ipsi est accommodata, siquidem per multa peregrino loco reponuntur propter ramorum naturalem dispositionem, atq; à tyronibus non facile cognoscuntur, & ritè numerari possunt. Nam arbor naturaliter nascitur ex radicibus, figura hæc videtur quasi ex medio trunco progerminare. Rami arboris adscendunt naturaliter, series vero cognatorum potius videtur naturaliter descendere, uti in schemate patet, in collateralibus imprimis, ubi non ita ponuntur

- | | | |
|-------------------|-------------|-------------------|
| 5. Pronepos Patru | sed inverse | 1. Avus |
| 4. Nepos Patru | | 2. Patruus |
| 3. Filius Patru | | 3. Patru Filius |
| 2. Patruus | | 4. Patru Nepos |
| 1. Avus | | 5. Patru Pronepos |

Nisi malles cum quibusdam arborem invertere. Sed de hoc cum nemine altercabimur. Apud plerosq; autem remansit nomen antiquum illud Arboris, quod pro tota constitutione sive dispositione cognatorum & affinium metaphoricè ponitur; Eapropter sive dicas Arborem, Schema, *σκιαγραφή*, *ἰστορία* sive quocunq; alio modo perinde est, modo in ordine nulla sit disconvenientia.

Est autem Arbor consanguinitatis Schema sive figura, constans ex Personis cognatis per certa nomina representatis, stipite, lineis rectis & aliquis per gradus & prænomen ita dispositis, ut sit instar compendii, quò antè feliciter & facilius personarum attinentia, & à stipite communi vel inter se) distantia possit numerari & cognosci. Huic similem descriptionem lege apud Schneidevvinum in instit: de nupt. Dividitur hæc arbor à Doctioribus in Civilem & Canonicam. Quæ divisio ex diverso computationis modo fluxisse videtur. Nam in dispositione ferè nulla est discrepantia, uti patet ex jure Canonico & Ci-

B. 3. vili.

Sectio II.

3.
Quare schema per formam Arboris Veteres representaverint?

An forma Arboris sit utilis? N.

1. Quia obscura.

4.
2. Quia rebus non accommodata.

5.

6.
Forma Arboris evanuit, nomen remansit.

7.
Arbor consanguinitatis quid?

8.
Divisio arboris.

Sectio II. viii. Ex hac ratione possem constituere arborem triplicem, cum, ut in sequentibus erit manifestum, Jus Saxonicum ratione numerationis & computationis tum à Civili tum à Canonico ex parte secedat, sicq; heret arbor triplex: 1. *Civilis.* 2. *Canonica.* & 3. *Saxonica.* Communiter dividitur in *latus masculinum & femininum.* Ab una parte enim cognatos Patris, ab altera Matris ponuntur. Falsum autem & error ingens est, quando hoc ita intelligitur, ac si masculi omnes ad dextram, foemellæ ad sinistram constituentur, sine habito originis vel Paterni vel Materni respectu & discrimine. Hunc errorem errasse dicitur à Schurerio autor arboris in Græcis Institutionibus positæ. Ingens enim exinde provenit confusio personarum, & omnis computatio vana redditur: Intelligimus ergo & concipimus sub utroq; latere & masculos & foeminas, à parte masculina, sic & à foemina stantes. Ut

9.
An masculini
omnes ad dex-
tram perti-
neant? N.

10.

In linea Paterna

In linea Materna

11.

Patruus & Amita

Avunculus

Matertea

Better vnd Base

Schwager

Muhme

Patruus magnus: Amita magna

Avunculus magnus. Matertera magna

Großvetter. Großwase

Großschwager

Großmuhme.

12.

Licet ergo in Arboribus sive Schematibus quibusdam tantum fiat mentio *Patris & Avunculi masculorum* &c. semper tamen reliquæ personæ & ascendendo & descendendo subintelligi debent. Qui autem sint illi, qui in *linea Paterna & Materna* collocati, ex sequentibus patebit clarius. Errant etiam illi qui rem non probe percipientes, sibi imaginantur, quod in dextro latere solum agnati, in sinistro vero cognati repositi sint. Ecce enim *Frater uterinus, Filius Amitæ & Nepos ex Filia Sororis*, sunt in dextro latere, & tamen sunt Cognati,

13.
An in dextro latere solum agnati, in sinistro cognati? N.

Membrum II.

De Materiali Arboris consanguinitatis.

Descriptio Arboris præcedenti membro num. 7. data, notat consanguineorum constitutionem quoad *Materialis & Formale.*

Matris

Materiale sunt ipsæ Personæ se invicem attinentes per sangvi-
 nis copulam, quæq; per certa nomina (Prænomina imprimis in e-
 recto schemate) repræsentantur. *Personarum* istarum nomina sunt
 triplicia; quædam indignant *Majores*; quædam *Posteror*; quæ-
 dam *Collaterales*, in utraq; linea. In genere *Majores* (πεποιτωτες,
 μεγυνοι, Germa. Vorfahrer / Voreltern / Großeltern) appellan-
 tur omnes, ex quibus (carnali generatione) orti sumus. *Hottom. de*
Verbis Juris. Christi: Matth. System. Polit. l. 1. q. 3. Specialiter dicun-
 tur illi qui sunt supra nos ultra Sextam generationem, & hi dicuntur
 αἰωνιοι, quia peculiaribus quiq; nominibus destituuntur; vel, &
 quidem propriè, juxta *Hottom. dicto loco*, qui supra nos à Patre &
 Matre usq; ad sextam generationem, & dicuntur Ονωμοι, quia certa
 quædam nomina illis sunt imposita, quibus à se invicem discernun-
 tur: suntq; duplicia; quædam notant lineam sexus Masculini, quæ-
 dam fœmini.

Nomina sexus Masculini.

Tritavus, τριπαππας. Des-
 Großvaters Großvaters Groß-
 vater:

Atavus, διοπαππας, διαπα-
 πας. Des Vaters Großvaters
 Großvater: Voroberster Va-
 ter: Elters Vaters Großva-
 ter: Großvaters Vhröhne.

Abavus, ἀποπαππας: Des
 Großvaters Großvater. Ober-
 elter Vater: Ober Herrlin:
 Elters Vaters Vater.

Proavus, προπαππας: παπαε-
 ιπαππας. Ober Elter Vas-
 ter des Vaters: Großvater:
 Vhr Herr/oder Herrlin.

Avus: παππας, κοκκης: μεγ-
 γον. Großvater: das Herr-
 lein: Elter Vater. Vhr Herr.

Nom: sexus Fœminini

VI Tritavia (τριμαμνη) des
 Großvaters Großvater (ober-
 der Großmutter. Großmutter)
 Großmutter

V Atavia, διοτήμη, διαμαμνη:
 Vaters (oder Mutter) Groß-
 vaters Großmutter: Ober El-
 ter Mutter: der Elter Mutter:
 Großmutter.

IV. Abavia: ἀποτήμη ἀπομαμνα.
 Des Großvaters (Großmut-
 ter) Großmutter: Ober elter:
 Mutter: An Fräwlin.

III Proavia, προτήμη, προμαμνη:
 Des Vaters (oder Mutter)
 Großmutter: Elter Mutter:
 Anfräwlin.

II Avia: μαμνη, ανης, κοκκας,
 μαμνια, τημη, μητρομητηρ, τη-
 μη: Großmutter: Elter Mut-
 ter: Fräwlin: Anfraw.

Sectio III.

Materiale
arboris.

2.
Personarum
nomina quo-
tuplicia?

3.
Majores qui
in genere?

4.
In specie qui?
Propriè qui?

5.
Nomina ma-
jorum sextiq;
utriusq;

Patet



Sectio II. Pater: πατήρ τοκέυς. Vater. I Mater. μήτηρ, μητέρα, Mutter.

6. Reliqui omnes, qui ultra sextum gradum sunt, peculiaribus carent nominibus. Cum enim, ut ait Modestinus L. 4. D. de grad. ultra eum ferè gradum, rerum natura cognatorum viam consistere non patiat, & non facile homo sextam generationem meminisse possit, multò difficilius ultra Tritavum vivus aliquis inveniatur, non opus fuit, ut peculiaria nomina (Quartavus; Quintavus) fingerentur, quibus posteriores, quorum etiam ferè nullus usus esset, appellarentur. Miraculi loco recensetur genus cujusdam Hispani, de quo memorat Ludovicus Vives in lib. 15. Augustin. de Civit. Dei. cap. 8. Quod Patrum suorum tempore fuerit quidam Vicus in Hispania, ex centum penè ædificiis constans, cujus incolæ omnes à sene quodam decrepito adhuc vivo fuerint nati, ita ut defecerit propinquitatis nomen, quo in respectu ad generationem minimam vocaretur.

7. *Miraculum de aetate Hispani cujusdam.*

8. *Posterii in genere qui? In specie qui? Propriè qui?*

Posterii vocantur generaliter liberi omnes, qui ex sanguine nostro sunt prognati. Specialiter dicuntur illi qui sunt infra nos, infra sextam generationem, & dicuntur ἀνώμιοι, quia specialibus nominibus carent, & simpliciter posterii vocantur. Vel, & quidem propriè, qui sunt infra nos sex generationibus inclusivè contenti, & dicuntur ὀνόμιοι suntq; vel sexus.

Masculini

Fæminini

9. *Nomina Posterorum utriusq; sexus.*

Filius: υἱός: Sohn
 Nepos υἱοδέυς; υἱωνός: ἐγγονός: ἐγγόνος: ἀπύγονός: Nefte / Anckel: Kinds Sohn.
 Pronepos, ἀγγέγγονός: Unterneffe: Enckels Sohn: Kindes Kindes Sohn.
 Abnepos, ἀπέγγονός: Nachneffe / der dritte Enckel.
 Atnepos, ἀττέγγονός: Bornachneffe / der vierdte Enckel.
 Trinepos, τρίτεγγονός, der fünffte Enckel.

I Filia: θυγάτηρ: Tochter.
 II Neptis υἱοθή: υἱωνή: ἐγγώνη: ἐγγόνη: ἀπύγονη: Niffel: Nefsin: Kinds Tochter.
 III Proneptris: ἀγγέγγονη. Unterneiffel / Kindes Kindes Tochter.
 IV Abneptris. ἀπέγγονη. Nachneiffel.
 V. Atneptris, ἀττέγγονη. Ziechlein / Ziechterleins Kind.
 VI Trineptris, τρίτεγγονη Ziechterleins / Ziechterleins Ziechterlein.

Reli.

Reliqui omnes sequentes vocitantur posterii *μετὰ γενέσεσσι*: **Sectio II.**

Ἰσχυροί; ὑποῖχοι: Die Nachkommen / Nachkömmling.

Collaterales sunt, qui nobis juncti à latere, quos nos neq; genuimus, neq; ab illis geniti sumus, veruntamen unà nobiscum ab eodem stemmate sive sanguine propagati. Hi sunt duplices, quidam Majores, quidam Posterii dicuntur. *Majores Collaterales* lineæ Paternæ vel sunt sexus.

Masculini.

Patruus. Patris frater: *πατράδελφος, πατροκασιγνήτης*: ein Vetter: des Waters Bruder.

Patruus magnus, est avi frater *der Großvetter.

Propatruus, sive Patruus major: est Proavi frater * OberVetter.

Abpatruus: vel Patruus Maximus. est abavi frater: * Vorober Vetter / Vhrober Vetter.

Ulteriores vix inveniuntur, ea propter illarum nomina peculiaria desiderantur.

Collaterales Majores lineæ Maternæ sunt vel generis

Masculini.

Avunculus, *μητράδελφος, μητρώος*: Ein Ohm / oder der Mutter Bruder.

Avunculus magnus, qui Avix frater: * GroßOhm.

Proavunculus: vel Avunculus major, vi Proavix frater: * OberOhm.

Abavunculus sive Avunculus maximus: * abavix frater: Vhrober Ohme.

Fæminini.

I Amita, *πατραδέλφη, τηρία*: Base Luthero: Base / des Vaters Schwester.

II Amita magna: avi soror. * Großbase: Großwese / vel Wesehen.

III Proamita, vel Amita major: est Proavi soror. * OberBase: oder Ober Wese oder Weseke.

IV Abamita, vel amita maxima: est abavi soror: * Vhrober Base: Vhrober Wese oder Weseke.

10.

11.

Collaterales

qui?

12.

13.

Collate: Majorum Lineæ

Paterna nomina.

Antiquè Avita

dicitur quæ

à patre meo

amata.

Hottom. de

Verb. Juris.

Hodie consuetudine

communire

ceptum est

ut femina

ex lineæ Pa-

terna dicantur

Muh-

men / ex li-

neæ Mater-

na Schwä-

gerin.

14.

15.

Collate: Majorum lineæ

Maternæ

qui?

C

Ulte

Sectio II.

*Collatera.
Posterorum
nomina.*

Ulteriorum nominibus caremus.

*Collaterales Posterii, itidem vel respiciunt lineam Masculinam
vel Femininam, Utc.*

Masculine.

Frater; ἀδελφός. Bruder. Qui
vel Frater Germanus; ἀνταδελ-
φός; ὁμογενής: frater ex utroq;
parente. Ein rechter Bruder von
beyden Vanden/ von voller Ges-
burt: vel agnatus πατεράδελφός
ἰμοπάτωρ. Stieff Bruder/ halb
Bruder von einem Vater vnd
zweyen Müttern / vel. Uterinus:
μητεράδελφός: ὁμομήτωρ: stieff-
Bruder/ oder halb Bruder von
zweyen Vätern vnd einer Mut-
ter.

Fæminine.

Soror: ἀδελφή: eine Schwe-
ster: quæ vel Germana (ἀντα-
δέλφη) Soror ex utroq; paren-
te: Eine rechte Schwester von
voller Geburt: oder beyden
Vanden/ vel ex eodem Patre
duabus Matribus, ὁμοπατρία
ἀδελφή. Stieffschwester von
einem Vater vnd zweyen Müt-
tern: vel ex una Matre duobus
Patribus (ὁμομητρία ἀδελφή)
von einer Mutter vnd zweyen
Vätern.

Fratrium duorum liberi dicuntur Patrueles: Geschwister Kinder

*17.
Fratrium du-
orum liberi
quomodo voc-
centur?*

von zweyen Brüdern.

Masculi.

Patrueles frater, ἀνεψιός, ἐξ ἀδελ-
φός.

Fæmin.

Patrueles soror: ἀνεψία, ἐξ ἀ-
δέλφη (unde ἀνεψιότης dicitur
gradus quem ἀνεψιοὶ &
ἀνεψιαὶ constituunt)

*18;
Sororum du-
arum liberi
quomodo
voventur?*

*Sororum duarum liberi dicuntur Consobrini, quasi Consoro-
rini: Geschwister Kinder von zweyen Schwestern.*

Masculi.

Consobrinus, ἀνεψιός, ἕορ

Fæmini:

Consobrina ἀνεψία.

*Fratrium & sororum liberi dicuntur Amitini ἀνεψιοὶ Geschwister
sterse von Bruder vnd Schwester,*

Masculi:

Amitinus, ὁ πατρὸς πατρὸς καὶ μη-
τρὸς ἀνεψιός.

Fæmini.

Amitina (οἱ πατρὸς πατρὸς καὶ
μητρὸς ἀνεψία.

*19.
Fratrium &
Sororum li-
beri.
Canon.*

*Canon. Filii Amitæ meæ (meins Vaters Schwester) me-
vocant consobrinum, Ego illos amitinos. Schurer: de ad. loc. s. p.
46. ex Theoph. in S. quarto grad. Institui: Unde Fratris Filius vocat
Filius Sororis Amitinum; Sororis Filius vocat Fratris Filium con-
sobri-*

20.

brinum. Hinc etiam fit, ut Avunculi Filius consobrinus vocetur, sed **Sectio II.**
 avunculi mei Filius me vocat amitinum, quia Mater mea est Filio
 Avunculi mei amita. Schurerius loco citato.

Patruelium, Amitinorum, Consobrinorum liberi dicuntur 21.

Sobrini *aus. V. ades.* Ander Geschwister Kinder: Oder Geschwister *Sobrini qui?*
 Messen. Vnde *Sobrini*

Nepos	Neptis	Hi nominibus peculiaribus de- stituuntur. Ulteriores non in- veniuntur.	22.
Pronepos	Proneptis		
Abnepos	Abneptis		

Patru magni, Amitæ magnæ, Avunculi magni, Materteræ magnæ		23.
Filius	Filia	Propior So- brinus quis?
Propior Sobrinus	Propior Sobrina.	

Hæ ferè sunt appellationes omnes, quibus in dispositione Ar-
 boris & cognitione consanguinitatis opus habemus quam maximè.
 sine quorum intellectu tota computatio & numeratio redditur ina-
 nis & nulla. Eapropter fufius hic recensere placuit. 24.

Membrum III.

De Formali Arboris.

Formale Arboris continetur in verbis reliquis Definitionis,
 nempe Stipite, Lineis & Gradibus &c.

Stipes est ferè idem quod Parens, & dicitur hoc loco Persona à
 qua cæteræ ducunt originem, de quarum cognatione quæritur. Neq;
 hoc ita intellectum volo, ac si duntaxat innuatur is, ex quo quis im-
 mediatè est prognatus, sed omnes ex linea paterna adscendentes: te-
 ste *Vultejo instit. de P. P. num. 6.* Stipes vel est communis omnium,
 ut Adam: vel totius Gentis ac Familiæ: vel duorum aut plurium, in
 quorum cognationem inquiritur. Stipes ergò in hoc negotio dili-
 genter quærendus & attendendus est, siquidem sese habet instar sco-
 P ad quem omnis computandi ratio dirigenda: imò est fundamen-
 tu. totius computationis, quo neglecto vana sunt omnia.

Lin. vox hoc loco non propriè, sed metaphoricè sumitur, pro
 ordinibus & gradibus matibus consanguineorum; deducta metaphora
 C 2 à com.

Stipes quid?

*Stipes quo-
tuplex?*

Linea quid?

Seccio II. à commensuratione superficiarum; Sicuti enim lineis utimur in dividendis superficiebus sursum, deorsum, dextrorsum & sinistrorsum; ita in computatione & commensuratione graduum consanguinitatis utimur certis quasi lineis quibusdã, quibus cognationes sursum deorsum & ad latera dispositæ cognoscuntur. Linea hæc definitur à Canon: Quod sit Collectio personarum ab eodem stipite descendentium, gradus continens, & numeros distingvens. Hæc definitio cum multa declaratione opus habeat, lineam cum *B. Chermnitio* ita definitio. Linea est ordinata collectio personarum consanguinitate conjunctarum, ab eodem stipite descendentium, diversos continens gradus, & monstrans numeros graduum: hoc est, quoto gradu persona una ab altera distet. *Hotom. de castis nuptiis. c. 1. p. 19. dicit,* quod significet Seriem cognationis, vel quasi venam communem inter cognatos sanguinis.

5.
Divisio linearum.

6.
Recta linea quid?

7.
Recta quotuplex?

Linea recta superior quid?

8.
Linea inferior quid?

9.

10.
Linea obliqua quid?

11.
Cur dicatur collateralis?

Divisio linearum procedit ex diverso personarum cognatarum positu; dividitur in *Rectam*, quæ etiam dicitur *Limes directus*, & *Obliquam* quæ & *transversa* atque *collateralis* vocatur. *Recta linea* est series personarum perpendiculariter sibi invicem adjunctarum. Hæc dividitur in *Superiorem* & *Inferiorem*. *Superior* quæ & ascendens à quibusdam appellatur, continet majores omnes à Patre ad Avum & sic consequenter ad ultiores, si qui numerari possunt, omnes. Est ergo linea recta superior ordinata personarum recta sursum scandentium, procedens à persona generata ad superiores omnes generantes, unde per gradum originem duxit, neque, si possibile esset nosse omnes, cessat, donec ad Adamum usque primum Parentem perveniatur. Consule hic ea quæ dicta sunt de Majoribus supra. *Inferior linea* quæ & descendens dicitur, continet minores omnes à filio ad nepotem & sic consequenter. Est ergo linea recta inferior series personarum recta deorsum tendentium, procedens à persona generante ad personas genitas inferiores omnes, quæ inde per gradus originem traxere. *Exemplum lineæ rectæ descendentiæ, vide in Genealogia Christi Luc. 3. Matth. 1.*

Linea obliqua, quæ & *transversa* sive *collateralis* dicitur, est series personarum à Stipite nobis communi ad duo latera sinistrum & dextrum sese diffundentes. A quibus neque nos geniti sumus, neque ipsæ à nobis, sed unà nobiscum ab eodem sanguine propagatæ, quales sunt fratres, sorores, Patruus & reliqui cognati. Dicitur autem collateralis, teste *Vulteo in institut. num. 45.* quod, quando horum cognatio



tio & distantia investigatur, primum omnium quærendus est Stipes Sectio II.
 vel parens, utriq; communis, quod fit in linea recta, ab hac descen-
 ditur ad personas de quibus quæstio est, quæ à lateribus stirpis com-
 munis quasi stare videntur; de quibus postea pluribus. Linea hæc di-
 viditur in æqualem & inæqualem. *Æqualis linea collateralis* est, cu-
 jus partes à communi stirpe æqualiter sunt remotæ h. e. quando per-
 sonæ laterales, de quibus quæstio est, eodem gradu à communi stir-
 pe distant. Repræsentat positio hujus computationis Triangulum
 ἰσοσκελὲς ὀξυγώνιον.

Exemplum habebis Gen.


22, 23. & 26, 16.

Bethuel



Gen. 22, 23.

Thare



Distant inter se juxta

Jus Canon. 2. gradu:

Jus Civile 4. gradu.

Distant inter se juxta


Jus Canon. 3. gradu:

Jus Civile 6. gradu.

Linea obliqua inæqualis est, cujus partes à communi stirpe inæ-
 qualiter sunt remotæ. h. e. quando personæ laterales, de quibus est
 quæstio, diversis gradibus ratione numeri à communi distant paren-
 te: ex hac computationis positione procedit triangulum ἰσοσκελὲς
 ἀμβλυγώνιον.


Exodi 6, 23. 1. Paralip. 2, 9. &

c. 6, 3.



Exemplum superius

Thare



C 3

C 3

12.

13.

Linea Collateralis equalis quid?

14.

15.

Linea obliqua inæqualis quid?

16.

Sectio II.

Cognati lineæ oblique dividuntur in *Majores & Minores. Majores*

17. *Lineæ obli-
quæ divisio.*

res vel sunt lineæ *Paternæ vel Maternæ*, quorum appellationes vide supra Sect. 2. Memb. 1. numero 12.

18.

Minores itidem vel respiciunt *lineam Paternam vel Maternam*, horum nomina vide *ibid. num. 16.* Linearum earumq; differ-

19.

rentiarum usum & effectum persentiscemus in Conjugiis contrahendis, successioneibus ab intestato, judiciis ferendis, & aliis, de quibus plura ponere nostrum non est.

20.

Gradus quid?

Gradus significant propriè asseses sive ligna latiora scalarum, quibus ad altiora conscendere datur, Id quod vocis innuit Etymon.

21.

Dicitur enim à *gradiendo*, hoc est eundo, eo quod per eos eatur. Germanis dicitur *Eine Treppe ober Stufe*. Distingvi posset à *Scala*, quod hæc mobilis, & ex teretibus lignis, gradus verò affixus & immobilis, atq; ex densioribus & latioribus sit confectus. Hoc in loco non propriè, sed metaphoricè usurpatur, desumpta metaphora à

22.

scalis locisve proclivibus, quos ita ingredimur, ut à proximo in proximum, id est, in eum, qui quasi ex eo nascitur, transeamus. *Paulus. l. 10. §. 10. D. de grad. & adfin.* Ut ergo *scalas* ascenduri incipimus ad infimo gradu & ad proximum, ab hoc rursus ad sequentem, ordine scandimus, ita & in gradibus consanguinitatis progredimur à persona generata, de qua quæstio est, ad parentem, & sic ordine ascendimus usq; ad communem stipidem fuit perventum, postea si opus est, rursus gradatim (in linea collateralis) descendimus usq; alteram personam generatam ad quam fit computatio. *Unde gradatim fieri dicitur quod sit ordine.*

23.

*Definitio
Gradus?*

Gradus ergo in hoc negotio ita definitur in *Jure Canon: declar: Arbor Cons: quod sit Habitudo distantium personarum, quæ cognoscitur, quæta generationis vel cognationis distantia duæ personæ inter se differant.* Jcti plerumq; definiunt hoc modo: *Quod sit transitus de proximo in proximum cognatum.* *Wesemb. in Parat. Dig. de grad. num. 3. Schneidvvin. de Nuptiis. Mynsingerus in Institut.* Dicitur aliquando *Geniculus* à Longobardis, aliquando *Generatio*.

24.

*Synonyma
graduum?*

Borcholt. Inst. de grad. cognat. Hottom. de gradibus lib. 2. p. 67. Philippus Melan: in Eth. de arbore consanguinitatis dicit intervallum. Saxones Synzahl. Sachsenspiegel l. 1. art. 3. Germani ein Grad.

25.

*Divisio gra-
duum.*

Dividuntur gradus nullo alio ferè modo nisi per numeralia ordinalia: *Primus, secundus &c. Schurerius de grad. Lo: 5. p. 466. Possunt ad*

ad modum linearum dividi in superiores, inferiores, & transversa- Sectio II.
les; quod tamen non adeo usitatum est & necessarium. Vel quidam
gradus sunt numeri inæqualis, quidam æqualis, id quod ex compu-
tandi normis patet.

His non incommodè additur terminus, à quo omnis numera-
tio est instituenda; de quo variæ sunt opiniones. Antequam autem
ad illarum considerationem descendo, prius de nomine istius ter-
mini quædam disseram. In quibusdam Schematibus vetustioribus
ponitur eo loci, nempe in medio trunci lineæ rectæ, cella vacua:
quidam *Imaginem* sive *larvam* comicam pingunt, quæ, memorante
Hottomanno lib. 1. de grad. p. 69, in figuris veterum commentario
rum penè omnibus insculpta cernitur: Antiquitus vocabatur *Jo-*
achim, forsan ideo, quia Joachim sive Eli (Syriacè Joachim. Eli dici-
tur) fuit Pater Mariæ virginis. Luc. 3. v. 23. à quo ordine retrogra-
do Genealogiam Christi olim exempli causa deducere solebant; te-
ste *Epiphano contra Antidico marianum p. 442*. Christianus Matthiæ
in Systemate Politico lib. 1. vocat *Stipitem*. Alii *Proteum*. Sicuti enim
juxta Virgil. 4. Georg.

Proteus formas se vertit in omnes:
ita & hic locus, pro ratione personarum infinitas ferè potest sortiri
appellationes. Hodierni quidam vocant *Hypotheticum* vel *Hypotheti-*
cam, eò quod quasi per hypothesein modum & initium numeratio-
nis dicat; vel quod semper eo in loco persona quædam præsuppo-
nenda. Alii *Petrucium* vocant, quo nomine utitur Loricottus &
Schurerius. Locum hunc primò ita appellavit Johannes Andrea,
qui desumpsit nomen hoc à ministro publico sive Pedello Academia
ita nominato, teste Zehnero *de arbore consang. p. 29*. In tractatu de
Gradib. Hottomanni lib. 1. p. 69. alia invenitur appellatio, nempe
Titii. Titium (locum illum) Hottomannus ita describit. In hoc
Titio tanquam in speculo aliquo universam cognationis causam in-
venies, suprâ quidem originem illius & generationem generantem
cernimus; infrâ vero ejusdem progeniem & generationem ab eo
generatam; dextrâ vero & sinistrâ neutrum quoddam cognationis
genus quod neq; scilicet origo, neq; progenies illius est, sed rivus
quidam personarum, qui à nostris Græco nomine *συσεβερα* dici
solet: ab illo ipse unde Titius fluxit fonte atq; origine initium ha-
bens.

Hacten-

27.

Terminus

computatio-

nis à quo.

Nomina ter-

mini:

Imago.

28. Joachim.

29.

Stipes.

Proteus.

30.

Hypotheticus.

Petrucius.

31.

Titius.

32.

Majo-

es vi-

later-

diffe-

con-

de

rum

non.

atur.

Sca-

us &

n lo-

ora à

imo

nlea-

cen-

us ad

taris

n, &

ven-

cen-

tio.

de-

va-

per-

d sit

rat.

rut.

tic.

phi-

n.

ad.

na-

unt

ad

Sectio II.

33.
Araoris di-
positio.

34.
Schema ubi
invenitur.

35.
Schema cur
invenitur.

Scopus in-
ventionis.

Applicatio
 ad Matri-
 monium.

Haecenus enumerata & explicata sunt partes, ex quibus Arbor consanguinitatis constitui potest: cujus dispositio haec est. In medio ponitur linea recta adscendens à Parente, per majores transiens, & descendens à Filio per inferiores omnes. In medio trunci lineae rectae ponitur Titius. In dextro latere ponuntur qui ex linea paterna, in Sinistro qui ex linea Materna producti. Schema vide in Corpore Canonico glossato. causi. 35. q. 5. cap. 6. In notis ad Insti: Crispini, Inst. de grad. Cogna. Mynsingeri Institut. de gradib. Hottomanni tract. de grad. Systemate Politico Christiani Matthiae. Bidembachii libello de gradibus. Analy: Log. Instit. Brederodii Locis Chemnitii: Hassenrefferi. Zehneri Explic. Arboris & aliis.

Constitutâ ergo ex praedictis arbore sive Schemate consanguinitatis, (quod ideo inventum est atq; excogitatum, ut facilius proximum quemq; à superioribus, inferioribus & collateralibus possemus discernere: Clarius autem hoc fieri non potuit, quam si certa quaedam serie generationes suis quæq; disponerentur locis, ut ita uno intuitu tota generatio nobis innotesceret) sequitur ut descendamus ad ipsum scopum ad quem constitutio arboris collimat. Scopus hic est duplex. 1. ut vera possit institui cognatorum supputatio. 2. ut cognoscamus, qui gradus in hoc vel illo negotio prohibeantur. Cum autem hac vice nobis sit propositum, de modo conservationis humanae societatis quæ fit per conjugium, quaedam differere, ideo sequentia primariò ad *Matrimonium* restringenda erunt. Sicuti autem in aliis negotiis, ita & in causa Matrimoniali rectè dijudicanda praedicta duplicem illum quoq; scopum respiciunt, nempe graduum supputationem & prohibitionem. Ne autem hic discursus justo fiat prolixior, hac vice de requisitis ad supputationem graduum instituendam necessariis, age.

tur.

SECTIO

SECTIO TERTIA

De supputatione Graduum in
arbore consanguinitatis.

Membrum I.

De exordio supputationis.

Omnis tractatio merito dicenda inanis & manca, ubi certum
ignoratur exordium; talis erit quoque Computatio, si non conste-
rit nobis certo, ubi illius faciendum sit Exordium. Ea propter statim
in prima fronte illa reponenda sunt atque explicanda. Laboriosè &
ingeniosè (forsan magis speciosè quam fructuosè) olim fuit dispu-
tatum, an sine vel cum Titio sit computatio instituenda. Hoc est u-
trum Pater in relatione ad Filium in superioribus & collateralibus,
utrum filius in relatione ad Patrem in inferioribus, constituat nume-
rationis exordium, an vero aliquis sub incerta persona de cujus co-
gnatione quaeritur, limitis sive principii loco in supputatione gradu-
um sit constituendus, qui hoc loco Titius dicitur. Unde factum, ut
hac computatio maximam partem fuerit reddita laboriosa, ne di-
cam incerta. Videmus enim autores in diversas descendisse opinio-
nes. Quidam sine Titio numerant, & Patrem & Filium consti-
tuunt computationis exordium. Quibusdam placet sine Titio nu-
merare, & Patrem atque Filium constituunt personam illam de qua
quaestio est. Alii putant, Titium sive cellam vacuum esse, ubi repo-
nenda persona illa de cujus cognatione quaeritur, sed tamen univer-
sam appellationem & respectum graduum confundunt, ubi omnes
personas sine respectu ad Titium inter se committunt. Alii cellulam
illam vacuum, Titium quem pro persona cujus cognatio investi-
gatur ponunt, numerationis esse exordium, huncque semper respici-
dum, affirmant. Alii neutrum rejiciunt, & putant utrumque sine
posse defendi, sive Pater & Filius sive cella vacua, ubi
nos reponimus Titium, statuatur supputationis exordium.

D

De

1.

2.

An sine vel
cum Titio sit
numerandum?

3.

Variae opi-
niones?

4.

Sectio II I. De his quid statuendum, pro ratione instituti breviter dicetur.

5.
Fundamen-
ta opinionis
prima.

Primam opinionem defendit Loricottus & alii, qui hiis nituntur fundamentis. 1. Cum avus patrum transversum, & patrem rectò descendente[m] habeat, ideo necesse sit, ut Pater, qui fratrem habeat in linea transversali proximum, etiam rectò descendente[m] filium habeat, cum qualis sit ratio avi ad patrem, talis sit quoque ratio patris ad filium. *Resp*: Concedimus totum; & observetur, quod eodem modo fiat numeratio cum Titio, siquidem cellula ista nomine hoc ficto & incerto insignita, in relatione ad Patrem filii locum obtineat, unde procedit eadem computatio. 2. In arbore Græca cognationum Theophili sine Titio fit numeratio. *Respondeo*. 1. Incertum est, quis sit illius arboris autor, ut vult Schurerius. 2. Si ad exemplum institutionum Græcarum computatio instituenda esset, necessum foret ut masculos omnes ad dextram, fœminas ad sinistram poneremus. 3. Amicus Plato &c. sed magis amica veritas. 3. Cum Titio fit nominum confusio. *Respon*: sine Titio propter varios respectus quoque fieret talis confusio. Reliqua argumenta satis videntur infirma, quæ addere non licet. Legantur plura apud Schurerium de Grad: Consanguini: Laboriosa certè fieret & incerta computatio, si Pater & filius principium dinumerandorum graduum constituerentur. Vbi enim reponeretur principium, si quis Patrem & Filium vivos haberet, certè nullo alio in loco, nisi in medio eorum, quomodo ergo hunc vocabunt?

8.
Opinio se-
cunda.

Altera opinio eâ facilitate quâ profertur etiam rejicitur. Nulam enim ad Titium concedunt relationem, unde ingens procedit confusio in linea ascendente & descendente. Quæritur enim de Patre, Titio & Nepote, quoto gradu inter se distent: *Respondemus* secundo, qui ex sententia eorum distarent tertio. ut:

Titius Pater.	Juxta illos	quod falsum.
2.	Pater.	
Filius.	1.	
1.	Titius.	
Nepos.	2.	
	Filius.	
	3.	
	Nepos.	

Nam

Nam pater, Titio qui loco filii ponitur, pater est, & nepos non patris supra Titium positi nepos est, sed Titii. Titius enim semper constituitur principium dinumerandorum graduum. Sic avus Titii avus est: Pronepos Titii pronepos. Titius ergo est illa persona, quæ pro diverso respectu diversa accipit nomina.

Tertiam opinionem videtur defendere Schurerius loco 5. de grad. consang. p. 476, his verbis. Meo quidem iudicio nihil refert, duomodo recta & vera fiat graduû computatio, sive per hanc (nempe sine Titio) sive per aliam viam dinumerationem incipiamus; utraque enim suo respectu utilis esse potest. Sed qualis fiat computatio ubi non est firmum & certum principium & terminus à quo, aliis dijudicandum commendo. Meo iudicio laboriosum satis foret, & vix ex regulis communibus concordantia horum duorum diversorum modorum elici poterit; si vero novæ fingerentur regulæ, facile largiter. Sed quid opus esset rem aliàs intricatam & obscuram hac ratione reddere intricatiorem & obscuriorem? Hoc enim unum omnibus incumbit studium, ut obscura, explicatione, modis, verbisq; clarioribus reddantur clariora. Verùm de hoc non multum litigabimus, modo illi nobiscum in numero graduum conveniant.

Retinendus proinde modus computandi cū Titio hodierno tempore ferè plurimis communis. 1. Quia certum ibi & rebus adæquatam ponitur principium. 2. Ipsa convenit cū computatione Theologorū, Juristorum, Canonicorum Politicorumq; recentium. 3. Paulus Jctus hoc ipsum innuit, ff. de grad. l. fin. §. 9. ubi duodecies utitur terminis is, ipse, ille, ejus, de cujus cognatione quæritur, atq; sic indefinitè loquitur, quod certè non fecisset, ait Schurerius, si filius vel pater esset is de quo quæstio est. 4. Linea superior omnium consensu differt ab inferiore: Ergo necesse est, dari aliquod medium distinguens, quod hoc loco fit per Titium. Nam linea superior eorum qui Patrem & Filium ponunt principium, incipit à Patre, inferior autem à filio, ubi apertè relatio Patris ad Filium naturalis separaretur, cum sint lineæ quæ distincta habeant principia; ubi ergo tandem poni posset gradus unus inter Patrem & Filium, cū neq; Pater neq; Filius possit per se & solitariè sine relatione ad alium, gradum constitutere. Ponendum ergo est unum principium commune, distinguens lineas illas, quod certè neq; Pater, quia ad superiorem, neq; Filius quia ad

D 3

inferiorem

Sectio III.

9.

10.

Opinio tertia.

11.

12.

Modus enim Titio computandi optimus?

13.

14.

Sec. 10. III. 15. inferiorem lineam pertinet, esse poterit, sed medius quidam, qui in relatione ad filium Patris, & in relatione ad Patrem, Filii rationem, obtinere posset. Falsa aliàs esset divisio linearum, cum Pater, uti dictum ad lineam superiorem, filius ad inferiorem referatur. 5. Gradus constituuntur per relationes, si igitur quæritur de personis pluribus gradibus differentibus, necessariò requiritur, ut interveniant plures quoque relationes, Jam si patris ad filium (juxta mentem eorum qui sine Titio numerant) solum fieret relatio & contra, esset tantum unus gradus: confunderentur hac ratione lineæ. Quare si velles gradus inter Nepotem & Avum numerare, necessè esset, ut poneretur aliquis sub incerta persona, qui hac ratione avi partes susciperet. Plura vide apud Schurerium dicto loco. Manifestum ergo est ex his, quod hic modus cum Titio sive persona indefinita supputandi sit omnium certissimus, facilimus.

Membrum. I I.

De speciebus supputationis diversis, deq; earum convenientia & disconvenientia.

1. Antequam ad specierum supputationis diversarum tractationem fiat descensus, necessariò præmittenda est generalis ejus descriptio.
2. Est autem *Supputatio graduum consanguinitatis*, enumeratio generationum se invicem per sanguinis conjunctionem attinentium, certo ordine sursum, deorsum, dextrorsum & sinistrorsum facta, ut inde manifestum fiat, quoto gradu personæ quæsitæ se invicem attingant, vel à se invicem distent, sitq; vel in linea recta vel obliqua, eaq; vel æquali vel inæquali, ad varios usus in Ecclesia & Politia utiles & necessarios ab eruditis excogitata.
3. Hujus supputationis species communiter constituuntur duæ, nempe *Supputatio Juris Canonici & Civilis*, quibus posset addi tertia, nempe *Juris Saxonici*.
4. *Supputatio Canonica* est enumeratio comparativa personarum inter se ratione communis stirpitis, à quo ambæ personæ mediatè vel immediatè sunt generatæ, qua cognoscitur, quota agnationis vel cognationis distantia illæ inter se differant; eaq; propter causas Matrimon.

Supputatio graduum quid?

Supputationis species quot?

Canonica quid?

Matr
citur e
ter se n
tis, si q
distet
li valeo
Abrah
conve
no quo
evade

quide
comm
sonar
Ea; p
pter su
excog
se abs
dem e
princi
nonie
dit. D
comp
no de
Jcto
bus in
gibus
confu
noru
tra aff
explic
tio.

ferè h
tatis S
putat
proce



Matrimoniales dijudicandas primario inventa est & introducta. Di- Sectio III.

5. *Cur compara-
tiva?*
citur enumeratio comparativa &c. quia personæ comparantur in-
ter se non absolute; sed respectivè, nempe ratione communis stipi-
tis, siquidem non sufficit ut sciam quoto gradu una persona à stipite
distet sed (ad minimum cunfused) quoto utraq; Vnde in linea æqua-
li valet regula; *Quæ in uno tertio conveniunt illa inter se conveniunt.*
Abraham & Nahor in uno tertio Thare conveniunt. Ergo inter se
conveniunt. h. e. utraq; persona uno gradu à Thare distat. Ergo u-
no quoq; gradu inter se differunt; quod in sequentibus manifestius
evadet.

6. *Supputatio
Civilis quid?*
Supputatio Civilis est enumeratio absoluta generationum, non
quidem absq; relatione sed absq; comparatione inter se ratione
communis stipitis facta, quæ significatur distantia non quæ est per-
sonarum à stipite communi, sed primariò quæ est inter se vel à se.
Ea; principaliter (*Schneidov. in comment ad tit. Inst. de nupt.*) pro-
pter successiones ab intestato, tutelas, judicia & alia inventa est &
excogitata. Dicitur enumeratio absoluta &c. eo quod personæ inter
se absolute considerantur sine comparatione ad stipitem, quem qui-
dem etiam respicit sed tamq; terminum vel potius generationis
principium, non vero principaliter in computatione, ut fir in Ca-
nonica, attendit, sed à persona una ad alteram numeratione proce-
dit. Dicitur Principaliter, quia ad ea quæ dixi maximè Juris Civilis
computatio adornata est. Hæc restrictio quosdam cum Hotoman-
no de grad. lib. 1. offendit, verum nescio ex qua causa; ipsi Paulo
]Cto hac in parte ii contradicere videntur, qui li. 10. in D. de gradi-
bus inquit:]Ctus cognatorum gradus & affines nosse debet; quia le-
gibus hæreditates & tutelæ ad proximum quemq; agnatum redire
consueverunt, sed & edicto Prætor proximo cuiq; cognato dat bo-
norum possessionem, præterea lege judiciorum publicorum, con-
tra affines & agnatos testimonium inviti dicere cogimur. *Vide hujus
explicationem fusioem in Tractatu de gradibus Borchol. statim in ini-
tio.*

7. *Cur dicatur
absoluta?*
8.
9.
10. *Computatio
Saxonica
quid?*
Computatio Saxonica coincidit in plerisq; cum Civili. Potest
ferè hunc in modum describi. Computatio graduum consanguini-
tatis Saxonica est enumeratio absoluta generationum, quæ in com-
putatione ad Civilem quasi divisa est & intersecta, cujus una pars
procedit à parentibus ad liberos usq; ad fratres: altera incipit à libe-

D 3

ris.

Sectio III. ris fratrum & procedit ad gradum septimum, ubi unguis ponitur. *Sachsenrecht* lib. 1. art. 3. unde posteriores dicuntur *Magel Freunde!* Eâ ipsâ significatur quoto gradu personæ illæ inter se computatæ, & imprimis fratres ex uno latere & ex utroq; conjuncti à se invicem distent; eaq; propter successiones ab intestato inventa est. *Schneidovinus tit. de nuptiis.* Dicitur absoluta, quia in hoc convenit cum supputatione Civili. Cur sit quasi divisa, ratio hæc est, quia Jus Saxonicum distingvit per gradus fratres germanos, hoc est ex utroq; parente natos, ab iis qui saltem ab uno parente communi. Ponit enim fratres ex uno latere tantum conjunctos gradu remotiore ab iis qui ex utroq;, ita ut illi cum horum liberis eodem gradu à parente communi distent. Vt:

11.
Cur dicitur
absoluta?

Frater Germanus

* *

Liberi Frater uterinus

12. Hoc fit propter Canonem communem; Proximior in gradu prior est jure. *Sachsenrecht* lib. 1. art. 17. Et specialem ibid. *Wenn sich ein Erbe Verschwestert / alle die sich gleich nahe zu der Sippe ziehen mögen / die nemen gleich theil.* Verba juris Saxonici sunt hæc art. 2. lib. 1. *Ist aber eine zwenung vnter den Geschwister / so mügen sie in einen Stled nicht stehen / sondern schreiten fort bis in ein ander ferner Stled.* Vnde hac ratione frater ex utroq; parente, illum qui ex uno saltem, v. g. uterinum, à successione defuncti parentis excludit, quia est in gradu remotiore.

13.
Distinctio hæ
rum compu
tationum.

Ex hisce probè pensatis spontè sese *distinctio* ejusq; *ratio* inter has tres supputationis species cuiq; offert, quæ ut eò facilius & plenius cognoscatur, operæ precium est, ut videamus in quibus hæ species conveniant, & in quibus à se dissentiant, & in qua materia vel hæc vel illa vel omnes tres locum habeant; quæ omnia naturam & constitutionem uniuscujusq; dilucidius manifestabunt.

14.
Conveniant
in quibus?

Conveniunt I. omnes tres in Genealogiæ positu generali, 1. Majores superiùs, minores & posteros inferiùs collocantes. 2. Parentes superiùs, liberos inferiùs, reliquos ad latera constituentes. 3. Lineam masculinam inclusis foemellis ad dextram, foemininam ad sinistram inclusis masculis. II. in denominatione personarum. III. Linearum distinctione. IV. Stipitis locatione & ad illam computatione.

15.

Computatio Civilis & Canonica in linea recta ascendente & descendente conveniunt. Ab his discrepat Saxonica, quæ non recta ascendente

ascendendo & descendendo procedit sed progreditur à parentibus ad Sectio III.

filios usq; ad fratres. Postea à liberis fratrum ad eorum posteros, atq; ita quasi duplicata est, uti ex definitione patebit. Conveniunt Jus Civile & Saxonicum in hoc, quod utrobique in lineis collateralibus numerentur generationes personarum ab una persona ad alteram. Unde Canon hic utrisque est communis; *Quot generationibus una persona ab altera distat, tot quotq; gradibus ab ea differt.* Quem JCti ita pronunciant; *Quot sunt generationes, tot sunt gradus.* Rationem hujus Canonis dant hanc, *quia semper generata persona adjicit gradum.*

16.

Dissentiunt Jus Civile & Canonicum: Civile instituit computationem absolutè, h. e. quatenus personarum ratione generationum à se distant; Canonicum comparatè, h. e. quatenus considerantur personarum non absolutè sed ratione stirpis communis. Vel breviter Civile jus querit cognationem personarum inter se, Canonicum à stirpe.

17.

In quibus distat.

Dissentiunt Jus Civile & Canonicum à Saxonico in eo, quod Saxonicum fratres germanos & illos qui ex uno tantum parente nati in tertio gradu: *Sachsenrecht* art. 3. lib. 1. & art. 10. lib. 2. illa verò in secundo, ponant. De Jure Civili, d. 1. Jurisconsultus 10. §. Secundo gradu D. de grad: affi: Hæc ut eò melius percipiantur, notandus & observandus est modus sive ratio computationis in linea recta & transversali cum Jure Canonico tum Civili speciatim proprius. Computatio Saxonica cum non nisi in successione ab intestato fratrum sit usitata, ferè cum Civili coincidat, & in causa matrimoniali nunq; adhibeatur, de Civili & Canonica supputatione tantum hac vice differuisse, eam ostensisse, & delineasse sufficiat. Qui plura de Comp. Sax. desiderat consulat *Sachsenspiegel* lib. 1. art. 3. De illis autem insequentibus. d. 7. c.

18.

19.

20.

COROLLARIA.

An Polygamia sit prohibita? A.

Num frater cum fratris sui defuncti conjugis matrimonium contrahere possit. N.

An cives ad nuptias contrahendas possint compelli.

An spiritualiter cognati matrimonio possint jungi. A.

F I N I S.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several paragraphs, with some lines appearing to be numbered or sectioned.

COROLLARIA

Faint text following the section header, possibly a list or continuation of the previous text.

FINIS

L
R
A
IO



94.A 7578

ULB Halle 3
002 715 147




f
sb.

1017

1009







B.I.G.

Farbkarte #13

ΔΙΑΣΚΕΥΙΣ

politica

De

GRADIBUS CONSANGVI-

NITATIS

eorumq; Computatione:

Quam

PRÆSIDENTE

Viro Clarissimo atq; Excellentissimo

Dn. JOHANNE AVENARIO,

Juris Utriusq; Licentiato & Oratoriæ

Profess. Publico

In Celeberrima Accademia Wittebergenfi

Publica censura & ventilationi expo-
ponit

M. EUSEBIUS BOHEMUS JUNIOR

Cycneus, Serenissimi Electoris Saxon:

Alumnus

In Auditorio majori die 24. Mensis Decembr. horis matutinis

WITTEBERGÆ,

Excudebat, Augustus Boreck, Anno 1624.